

## Ænigma Sphingis de Homine.

**M**Anè quadrupes, Meridie bipes, Vespe-  
re eripes. Nam homo in infantia ma-  
nibus & pedibus innititur, in juventute incedit  
bipes & erectus; in senio autem adsciscit Sci-  
pionem, cui innititur.

Ænigma septuplex.

Desumptum ex Cornelio Prov. 20. v. 26.

1. Quid pessimum? Tyrannus.
2. Quid omnium optimum? Deus.
3. Quid maximè expetendum? Salus animarum.
4. Quid turpissimum? Mali Dæmones.
5. Quid potentissimum? Rex.
6. Quid longissimum? Tempus.
7. Quid brevissimum? Beneficiū, im-

memores enim sunt homines beneficiorum, &  
citò obliviscuntur. Unde etiam Aristoteles teste  
Laërtio Li. 1. cap. 3. ad quæstionem: *Quid*  
*citò senescit?* optimè respondit: *Gratia.* Ad  
quæstionem autem: *Quid tardè?* *injuria.* O  
quàm præclari sunt pedes illius, de quo dici  
potest: *Memor est beneficii, aſt immemor in-*  
*juria.*

Sex